



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

§. 2. In Sueciâ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

Ibidem fons rigidâ quam tumuis hyeme, cæteris que concretis, numquam congelatur. *Idem Montanus.*

§. 2. In Sueciâ.

PROPE Goppingam reperitur aqua acidula ad instar vini, eâ-  
que fulua. *Andr. Baccius lib. I. cap. 14. & Cæsius de Miner.*

Vernerus lacus tam præcipitanter cadit, vt fragor ad ducenta  
stadia exaudiatur. *Olaus Magnus.*

In Sueciâ fons in montis editissimi vertice non emittit aquam  
nisi sole supra horizontem existente, noctu omnino exficcatur.  
*Eusebius Nierembergius.*

In Dalecarliâ aqua ex metallicis hausta, ferrum in cuprum præ-  
stantissimum transmutat, desideratâ tantum ponderis quartâ par-  
te, si ferrum fuerit minutum, si verò densius tertiam. *Henricus Sote-  
rus in suâ Sueciâ.*

Prope Stockholmiam locus *Kundsjunt* dictus, hoc est *Gurges* in-  
ter scopulos, cuius fundus numquam potuit explorari. *Olaus lib. 2.  
cap. 12.*

In Sueciâ Alces tanti roboris, vt lupum pede attingentes non  
tantum enecent, sed & confodiant. *Idem Olaus.*

Porrò cornua pedis dextri posterioris Alces, qui nondum ge-  
nuerit, si viuo pedi rescindantur ante medium Augustum, Hercu-  
leum morbum solo tactu sanant. *Idem Olaus lib. 18.*

In Angermaniæ promontoriis, tantus fluctuum strepitus, vt  
nisi fugiant nautæ, aut exanimantur, aut surdastrî reliquâ vitâ  
perdurant. *Idem Magnus.*

In Gothiâ Meridionali prope urbem *Vexion* lacus limosus om-  
nia adurit quæ coqui possunt. *Olaus lib. 2. cap. 1.*

Vbi sunt Goths in vastis solitudinibus Barathrum est, seu fossa  
profundissima, quasi mutis vndique præcincta, in quam mittun-  
tur damnati cuiusdam criminis. In hanc fossam indigenæ solent  
proiicere agnos sacrificatos, & excoriatos, vnde eos rapiunt  
Aquilæ, & transferunt ad summos montes, carnibus autem ada-  
mantes magni precij adhærescunt. *Anastasius Nicenus ex Chryso-  
stomo.*

In littore Ostrogothorum Orientalium prope oppidum Norco-  
pense ad torrentem visuntur Saxorum varia figuræ quasi humano-

artificio elaboratae, & in iis aliquot hominis forma. *Olaus lib. 2.*

In parte Septentrionali Sueciæ Vrsi, & Cerui candidi sunt. *Nierembergius, & plerique alij.*

In eadem parte Septentrionali tantum frigus plerumque desexit, ut fistilia vasa passim frangantur, & aliquando clavi ex portis, atque seris exiliant. *Olaus lib. 2. cap. 12.*

In iisdem locis capiuntur vituli marini, quorum adipe perlite ocreæ numquam afflantur fulmine. *Geronerus.*

In Finlandiâ Nigri Fluuius omnes pisces nigros alit. *Olaus, & Scaliger exercitatione 59.*

In Liuoniâ cuniculi æstate cineritij, hyeme candidi sunt. *Henricus Soterus in suâ Sueciâ.*

### §. 3. In Noruegia.

AD littora Noruegiæ adeò profundum mare, ut quamvis eò deducatæ fuerint naues plenæ funibus, numquam tamen solum potuit explorari. *Olaus Magnus lib. 2. cap. 12.*

In eodem mari captus est pisces, vultu & cucullo Monachum referens, cuius imaginem exhibet in libro suo de Monstris *Aldroandus.*

Ibidem sæpe capti Tritones, & duo recens in Germaniam indidem aduecti. *Eusebius Nierembergius.*

Ad Occidentale latus Noruegiæ visitur ingens vorago, quam vocant veteres Vmbilicum maris, Anhelitum & Nares mundi, nunc *Maelstroome*, seu melius *Monskistroome*, à Naucleris *Naunder lee*, hoc est Maris Vmbilicus, ante Insulam, seu scopulum *Vveeroy*, vbi singulis senis horis crescente Oceano aqua deorsum in Barathrum deuoluitur, tantâ vi, & rotatione, tamque incredibili vndarum strepitu, ut verbis exprimi non possit. Econtra eadem vnda Oceano decrescente, rursus ex imo emergit, atque attollitur tanto impetu, ut nulla moles, nullus quantumvis vastus pisces in fundo consistere possit, & tunc naues ipsæ mercibus onustæ aliquando remittuntur. Patet hæc vorago in ambitu ad 40. millia passuum, & malè ab Gerardo Mercatore ex relatione Pseudomonachi in regionem polo subiectam reiicitur. *Lucas Aurigarius, Ortelius, Sylvester Cambrensis, Olaus, &c.*

Sola Normannia (sic Noruegiam vocat) vulpes habet nigras, lepo-